

## M. Antonij iuvial. Aeneã,

In una parte.

M. Antonius depingitur, laeva facie, inornatus, aperto capite, cum inscriptione. M. ANTONIVS IUVIAL.

In altera.

Astrolabium est impressum, quod Scipionum loco duo cultri sacri sustentant. Inscriptio lateralis ita habet. R - MEN. Aereum istum nummum mediocre Lugduni conbeximus apud Hannibalem Veronensem.

In una parte.

M. Antonius videtur, dextra facie, aperto capite, cum circumscripto eius nomine. M. ANTONIVS.

In altera.

Cephalicam iconem uiri uidemus quidem, sed quem ex effigie cognoscere nequiuimus, faciem habet laeuam, apertumq; collum, in cuius occipite nescio quid flammae similitudine apparet, est etiam collo adpressum scaptrum, ueluti è laeua humero, assurgens.

Inscriptio fracta erat . . . SAN DICT. Nummum hunc aereum mediocre, apud Q. Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

M. Antonius cernitur, sinistro ore, inornatus, cum nominis epigraphæ. M. ANT.

IMP. COS. DES . . . . . Subter eius mentum altera est imago, Octauiani scilicet.

In altera.

f.ii.